

Et sic amantis canticum novum? Equidem haurientibus dulcedinem, proximiorumque habentibus aurem, nobis videtur, nil posse conferri consonantiae modulaminis, in omnibus quae audivimus auribus nostris.

¶ In omnibus quae audivimus auribus nostris. Auris audita non impletur: excessuque amoris Salvatoris impletur auris, quippe nil ultra flagrante peccatoris flamma: additque singularem amori sine modo modum; ut cognoscamus charitatis excessum: cum nihil, plus in demonstrationem charitatis, in omnibus quae audivimus auribus nostris: equidem triumphus illi de cordibus plus gloriosus, quia amore vicit, ab amore victus.

TAUTOLOGIA UNDECIMA.

Lux Aurora, oriente Sole. Fol. 660.

AUCTORITATIS PERIPHRASES.

¶ Lux Aurora, oriente Sole. Quorsum oriente Sole, si Aurora lux duntaxat a Solis luce? Ut Virginis-matris immaculata clareret conceptio, & unde in tenebris humanae conditionis prodiret illuminatio: igitur ex fulgore coarctato Solis orientis, innotescit splendor Virginis matris.

¶ Lux Aurora, oriente Sole. Sed qua lege? Anrequam Sol oritur, Aurorae splendor videtur: diciturque Oriente Sole, Aurorae Virgine oriente; quippequam ex praesentia Aurorae matris, astruebatur in terris praesentia Solis.

¶ Lux Aurora, oriente Sole, tanquam ab Aurora matre. Ita mater Solis Aurorae cognoscitur: verum priusquam Sol oriatur? Uti que, pro insigni Virginis, in die operatae in templo praesentationis: igitur illius refulset Aurorae matris perfectio, priusquam Sol filius videretur in mundo.

¶ Lux Aurora, oriente Sole. Perproprie quidem in Praecursoris iustificacione, Aurorae Virgine matre, & Christo Sole iustitia; miraculorum copendio: meditanterque dicitur: Oriente Sole, & non orto; quia gratia facta praesentia Aurorae Mariae, antequam Sol videretur in orbe.

¶ Sicut lux Aurora, oriente Sole. Ita in Virgine matre? Nequaquam. Non sicut: profecto lux Aurora, Sole oriente. Aurora non videtur, si Sol oritur: Virginisque matris lux non sicut lux Aurora, Sole oriente; quippe persiluit adhuc matris influxus, etiam dum nobis evanescit aspectus.

¶ Lux Aurora, oriente Sole; ut innotescat excusio diabolici ingi. Est lux Aurorae, dum Sol oritur: & lux Aurorae, priusquam Sol oriatur. Lux Aurorae ante Solis ortum, erat duntaxat redemptionis signum; sed non redemptio, quae omnimodo pendeat a Solis ortu; diciturque, ut libertas luceat a servitute. Lux Aurora, oriente Sole; quippe redemptio, & redemptionis novitas, ex eo quod Sol ex Aurora nasceretur in terra, qui natus Sol, priusquam Sol nasceretur ex Aurora.

DIDASC. 6. Triumphus Christi amantis, est triumphus amoris. Fol. 649.

DIDASCALARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. In conceptione purissima, Virgini verissima Aurora. Fol. 683.

DIDASC. 2. Virgo mater mundo prodiens est Aurora singularis. Fol. 689.

DIDASC. 3. Radij etiam fulgent maternitatis; in praesentatione Virginis. Fol. 694.

DIDASC. 4. Mira sanctificatio Ioannis, praesentia Virginis. Fol. 698.

DIDASC. 5. Maria nomen, nomen vitae. Fol. 701.

DIDASC. 6. Libertas hu mani generis, dum filius Dei filius hominis. Fol. 706.



TAUTOLOGIA PRIMA.

IN DIEBUS UNIUS IUDICIS QUANDO IUDICES praerant. Ruth. 1. v. 1.

EXPOSITIO LITERÆ.



Urbidis historia exponitur propter Davidis gloriam & excellentiam, quia Ruthis eius proavia. Sine pulviculo figmenti ex figulina formis nihil cerebro Rabbinorum placet: hinc nugipolyloquides, seu potius vel in vocibus alogi, commentu sunt, Orpham & Ruth fuisse sorores, filias Eglon, Regis Moab; quem interfecit Aod, Iudex Israel: Iudic. 3. Has duxerunt filij Elimelech & Noemi, Mahalon & Chelion; quoniam pater inter alienigenas usus prospera fortuna, ut ait Ioseph 5. Antiq. cap. 11. Verum Rabbinii

mendacio frontem non habent; cum adminis 230. anni (ut optime computant Abulenf. Lyran. Torniel. Genebrard. & Brietius) inter Aod & Booz intercesserint, quin illis faveat addere figmenta figmentis, uti excogitavit Rabbi Abraham, asserens Ruthidem adhuc vixisse sub Salomone, qui illi dicavit thronum, de quo, 3. Reg. 2. 19. ita invenies in Talmudico Babà Batbrà, cap. 5. Alij, sed ex illis, ne comprehendantur in superbia sua, fingunt alium Eglon, regem Moab, cuius filia & Orpha & Ruth. Hæc sequens Noemi socrum progenitrix facta Davidis, illa mater Goliath, de cuius monstruoso conceptu loquemur, Tautolog. seq. num. 5. ita Rab. Iosef, alijque plures in Talmud, tract. Sotà, cap. 8. quorum delirium sequitur Philo Biblicus, fingens hæc in conflictu dicta giganti a Davide: Nonne sorores erant dua mulieres, unde natus es tu & ego? Erat mater tua Orpha, & mater mea Ruth: elegit sibi Orpha Deos Allophillorum & abijt post eos, Ruth autem elegit sibi vias fortissimi, & ambulavit in eis: & nunc nati sunt de Orpha tu & fratres tui: & quia exurgens bodie venisti devotare Israel, natus de cognatione tua ecce veni & ego vindicare populum meum. Nam & tres fratres tui post mortem tuam incident in manus meas: & tunc dicetis matri vestra, Non peperit nobis, qui natus est de sorore tua. Plaudite cerebrum. Ex Orpha descendisse Goliath sententia fuit Prudentij in Hamartigen. v. 848.

Sed pristinus Orpha Fanorum ritus præputia barbara suavit Malle, & semiferi stirpem nutrire Gollie. Ruth dum per stipulas agresti amburitur aflu, Fulera Boöz meruit castoque adscita cubili, Obvigenam secunda domum, & Davidica regna Edidit, atque Deo mortales miscuit ortus.



Expositio Literæ

Hanc ex hac Rabini tribuunt Davidi nobilitatem, quasi indigeret, qui per se, et si non haberet, habuisset. Retorqueatur Ovidius, vel Lucanus ad Pison. à v. 2.

Quosdè canam titulos, dubius seror: hinc tua Davida Nobilitas, veterisque citant sublimia Rutha Nomina & Hebraas inter fulgentia gentes. Hinc tua me virtus rapit, & miranda per omnes Vita modos: que si deesset tibi fortè creato Nobilitas, eadem pro nobilitate fuisset.

Lu can.

Isai. 16. 1.

Cur Ruth dicitur Petra deserti?

Abulens.

Hieronym.

Ruth 1. 1.

Expositio prima.

Cicer.

Satius, sub principe malo, quàm sub nullo.

Claudian.

Quid sit ordo?

Augustin.

Varietas status in Republica.

Sit ergo ex Ruthide magnum nomen: at nostra potius interest, quàm Rabbinorum: eequidem in illa, nos ex Gentilitate vocatos ad Ecclesiam figura nitet, & Salvatore N. è gentili etiam populo genus habuisse, pater: quod prædictum ab Isaiâ sub typo Petre Deserti, dicente, cap. 16. 1. Emitte Agnum Domine dominatorem terræ de Petra Deserti ad montem filie Sion. Ex Petra Deserti (quæ Mecha turcarum, ut placet Belloonio, lib. 2. cap. 53. et si iure neget Adrichomius in Ruben, num. 59. quippe Mecha, olim Petra Arabiae (unde Arabia Petraea) & Petra Deserti circa medium Maris mortui iuxta torrentem Zareth) Ruth profecto orta, quæ terra Moab: ex Ruthide Christus, Ruth (inquit Abulens. hic quasi, 16.) fuit de terra Moab, de urbe quæ vocabatur Petra. Ideo intelligitur de hoc dictum Isaiæ: scilicet, emitte Agnum Domine dominatorem terræ de Petra Deserti ad montem filie Sion: & intelligatur de Messia, qui futurus erat de filii David; & ipse David futurus de stirpe Ruth, quæ ventura erat de urbe Moab, quæ vocatur Petra Deserti. Similiter Vatabl. & Ar. Montan. Unde Hieronym. loc. cit. Isaiæ, inquit: Significat autem Ruth, de qua generatus est Christus, quam vocat Petram Deserti. Ex illa sanè venit Agnus immaculatus, qui sustulit mundi peccatum, dominatus orbi terrarum: igitur de Ruth, quæ mariti morte viduata, ducta à Booz, natus est Obed, de quo Iesè, de quo David, de quo Christus, qui filius David laudatur, quippè ab illo. Ergo in Pleonasmum.

3 Profertur historia Ruthidis inelyta præmissa statu Israël: & quamvis in Vulgato obijciatur exponenda Tautologia; strictior occurrit in versione Hebræa, alijsque Orientalibus linguis: siquidem legunt: Quando Iudices iudicabant. In Vulgato verò legitur: In diebus unius Iudicis, quando Iudices præerant; quod facile exponitur: igitur periodi sensus est: Facta est fames valida in Israël, quando eius supremum regimen erat penes Iudices; et si ignotum cuius in tempore. Nulla respública sine regimine stabili: unde Cicer. pro Casio, merito dixit: Non regno, sed rege liberati videmur. Grex perit sine pastore, truncum corpus sine capite, exercitus sine duce, navis sine gubernatore, dies sine luce, totaque Respublica prolaberetur sine principe: etenim turbationis & confusionis principium, ita cladis subversionisque argumentum; ut satius sit vivere sub principe malo, quàm sub nullo. Huiusmodi ordo videtur in universo.

Dispositi quasiffem fœdera mundi Prescriptosque maris fines, annique meatus, Et lucis noctisque vices; tunc omnia rebar. Consilio firmata Dei, qui lege moveri Sidera, qui fruges diverso tempore nasci, Qui variam Phœben alieno iusserit igne Compleri, solemque suo.

Ut vel Gentilis Claudianus agnovit, 1. in Rufin. à v. 4. Hæc politicè miscet inter Angelos in ordines & hierarchias prudentissimè divisos: regnaretque inter homines vel in innocentia statu, quo alij alios præcederent tam in iustitia, quam in scientia, confenserentque alij alijs dominarentur quoad directionem in bonum & peculiare & commune, gratiam acceptam in alterutros administrantes, haud imperantes cupiditate dominandi, sed munere consulendi: quod quidem exequi quibant, sed minime sine superioritate, quæ dicitur ordo. Quare Augustinus, 19. Civ. cap. 13. inquit: Pax omnium rerum tranquillitas ordinis. Ordo est, parium, dispariumque rerum, sua cuique loca tribuens, dispositio. Vide D. Thom. 1. p. q. 96. art. 3. & 4. Sic enim Civitas Ierusalem descendit de celo in mundum, Diximus plura, tom. 1. T. 6. à n. 6.

4 Principatus variè habitus à varijs nationibus, præter casus occurrerant, vel præter dictabat civibus stultitia vel prudentia. Prudentia instituti sunt status Monarchicus, Aristocraticus & Timocraticus: stultitia autem tyrannicus, Oligarchicus, & Democraticus, Monarchicum regimen uno constat principe, tanquam capite, atque cœli status sole,

Tautolog. Primæ.

animâ corporis vasti. Hoc regimen summum & prudentissimum, quippè unus præest omnibus, etiam alijs muneribus principantibus.

Non bonum est multorum dominatus, unus dominus, Unus Rex, cui dederit Iupiter sceptrum & iura.

Homér.

Ait Homérus, 2. Iliad. v. 204. & Plutarch. ad Princip. indoct. inquit: Tot tantorumque munerum, ac honorum à Dijs, nullus fructus, ususque reclus sine rege, lege & iure. Ius finis legis est, lex studium principis & officium: princeps autem imago Dei, cuncta administrans. Ita Menander dixit:

Monarchia, potior statutu. Plutarch.

Imago autem Rex est animata Dei.

Menand.

Principatus Aristocraticus est regimen Reipublicæ iudicio ac legibus optimatum, ab optimatibus electorum; sicut Timocraticus, dum cum optimatibus populares possint in Principes eligi, & possunt eligere. Regimen Tyrannicum est violenta dominatio & subiectio: sicut non lege ac iure, sed potestate, odio subditorum, vi oppressorum, in quos prævalet dominantis libitum; quippe haud habet ut ratione regat, sed ut tributis illudat. Oligarchia est tyrannus est, sed potius dirior tyrannus; quoniam regimen Reipublicæ non traditur potentiobus, sed potentioribus, qui cum ferre non possint divitias, fortunaque secundas, nec alium principatus participem; degenerant in tyrannidem.

Aristocrasia, Timocrasia, Tyrannia.

Oligarchia

Nescia virtus

Quare loco, solisque pudor, non vincere bello.

Aces & indomitus, quò spes, quoque ira vocasset, & amul ino & que Ferre manum, & nunquam temerando parere ferro.

Lucan.

Ur canit Lucanus, 1. Phars. v. 144. Demùm Democratia est regimen sine regimine, quicquid moderatio penes placitum populi, qui corpus absque uno capite, & cuius leges vice formæ in principatum; constituant fœdum & horribile monstrum.

Democratia

Humano capiti cervicem picior equinam

Iungere si velit, & variis inducere plumas, Undique collatis membris, ut turpiter atrum

Horat.

Definat in piscem mulier formosa superne.

Iuxta Horatij descriptionem in Art. Poët. à v. 1. Hic est spiritus vertiginis, propter quem Vates Evangelicus ait: Non erit opus, quod faciat caput & caudam, incurstantem & refranentem: de quo egimus Tom. 4. T. 6. à n. 2. D. Thomas harum principatus formarum meminit subditque 1. 2. quæst. 95. art. 4. Distinguantur leges humane secundum diversam regimina Civitatum; quorum unum est regnum, quando Civitas gubernatur ab uno: & secundum hoc accipiuntur Constitutiones Principum. Aliud verò regimen Aristocraticum, id est, Principatus optimorum, vel optimatum: & secundum hoc sumuntur responsa prudentum, & etiam Senatusconsulta. Aliud regimen est Oligarchia, id est, Principatus paucorum dividitur & potentiam: & secundum hoc sumitur ius Prætorium, quod etiam Honorarium dicitur. Aliud autem regimen est populi, quod nominatur Democratia: & secundum hoc sumuntur Plebiscita. Aliud autem est tyrannicum, quod est omnino corruptum: unde ex hoc non sumitur aliqua lex. Est etiam aliquod regimen, ex istis commissum (Tyrannocratia scilicet) quod est optimum: & secundum hoc sumitur lex, quam maiores natu simul cum plebibus sanxerunt.

Ita 19. 145.

Leges Reipublice iuxta status.

D. Thom.

Diversi pro constitutione temporis fuerunt status Reipublicæ Hebræorum. Primum quæm esset Respublica, penes principes familiarem erat moderamen, qui post dicti Principes Tribuum; de quo infra: equidem nunquam ex quo vocatus à Domino Abraham, fuit Anarchia. In Egypto igitur à Tribuum Principibus recti fuerunt Hebræi: post exitum fuere primum sub duce Moysè, Iosue, & Senioribus; post sub Iudicibus; deinde sub Regibus, post reditum ex captivitate Babylonica, iterum sub ducibus: & denique usque in dispersionem extremam, excidiumque Urbis iterum sub Regibus, seu Regulis, qui possunt vocari Principes, aut Dynastæ. Nullo ergo tempore fuit populus sine principe, qui status Anarchia dicitur: etenim in interregno seu vacante principatu, aut iudicatura, Phylarchi tribuum, vel Concilium Sanhedrim principabantur, ut placet Serario in cap. 1. Iudæ. qui quidem status, et si à Iosepho lib. 5. Antiq. cap. 2. vocetur Anarchia, haud aliâ de causa, nisi quia non unus sed plures habenas regiminis tenebant: & ubi multitudo sibi confuso, & licentia in quodlibet facinus. Unde ibidem subdit: Deservat à iam Respublica forma, & auctoritate optimatum invalida, dum nec Senatus ut antè legitur, nec magistratus solemnnes creantur, relicta curâ status publici; omnes privati tantum lucris sunt dediti.

Anarchia nunquam in populo Israel.

Ioseph.

Nec



Indic. 17. 6. sed unusquisque quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat. hic & cap. 18. 1-21. 24. Rex non intelligendum proprie de rege: notum erant omnibus, his diebus regem non esse; sed de Principe, ac Duce à Deo electo. Unde Maluend. Non erat magistratus legitimus in Israël, sed interregnum, quasi nullus erat Iudex: quo sensu primus in Reipublica moderamine dicitur Rex; sicut de Moysè Deuter. 33. 5. Erit apud rectissimum Rex, congregatis principibus populi, & tribus Israël. Rex, id est, primas. Sic ergo, quia ordinarij Iudices haud deérant, non esse Regem, idem est, ac supremum Principem, cuius auctoritas posset compescere audaces, qui prævalebant longo interregni tempore, quousque Dominus aliam eligeret Iudicem: ideoque perpetrata tot flagitia, uti idololatria Michæ, & stuprum uxoris levita: quæ quidem omnia esse ab aliquibus, uti est Ioseph. loc. cit. & Lyran. signentur post mortem Iosue, de quo Abulensis quæst. 1. in cap. 17. Iudic. quibus fuisse quoad bellum totius Israël cum Beniaminitis: eisdem cap. 20. 27. 28. dicitur: *Bo tempore ibi erat Arca fœderis Domini, & Phinees filius Eleazari, filij Aar. præpositus domus.* Qui quidem, ut patet, nequivit ætate pervenire usque in temp. à Samfonis; et sic delirer Philo Biblicus, de quo Tautolog. 5. n. 2. & 6. idolum à Michæ erectum videtur post Samfonis mortem: unde ibid. v. 1. dicitur: *Fuique a tempore.* Hunc esse sensum, constat ex Caietano, hic dicente: *Non erat Rex. Sgnificat, quod non erat aliquis dominus habens potestatem coercendi invitos & puniendi: propterea unusquisque suo arbitrio vivebat.* Non quoad legem, sed quoad iniuriam acceptæ satisfactionem, vel peccati publici luitum, quod spectabat supremum magistratum; cui summè fidebat, etsi alia existerent tribunalia, quoniam frequenter ætatis à Deo: unde dicitur Ioseph: *Suscitavit Dominus Salvatorem,* de quo infra. Exponitur perspicuius sensus ex illo Moysis ad populum: *Non facietis ibi* (id est, post terræ promissæ ingressum) *quæ nos hic facimus hodie, singuli quod sibi rectum videtur:* eisdem ibi decem habebant & à Deo signatum, qui transgressores puniebat legis. Ceremonialia Hebræos minime in deserto obligabant (ut constat in Phafe, & circuncisione intermissis per annos quadraginta, Iosue 5. à v. 5.) nisi circa Sabbatum & expiationes. Numer. 5. à v. 2. & 15. à v. 32. Unde quàm dicitur, *singuli quod sibi rectum videtur, facimus* non connotat ad arbitrium vivere: sed posse facere ad quæ pro tunc non additi per legem, quippe tam quoad sacrificia, quàm quoad festivitates tantum lata post terræ possessionem in observantiam. Ex contextu claret, igitur v. 5. dicitur: *Ad locum, quem elegerit Dominus Deus vester de cunctis tribubus vestris, ut ponat nomen suum ibi, & habitet in eo, venietis; & offerretis in loco illo holocausta, & victimas vestras, decimas & primitias manuum vestrarum, & vota atque donaria, primogenita boum & ovium; & comedetis ibi in conspectu Domini Dei vestri, & latibimini in cunctis. Non facietis ibi, quæ nos hic facimus hodie, singuli quod sibi rectum videtur.* Hæc autem minime obtabant, ut si quis vellet aliquid in deserto Deo offerre tam victimarum, quàm donorum, ritus & aliqua festa celebrare; præpediretur à nullo: hoccine tunc voluntarium, quibatque facere quod sibi videbatur uti rectum. Adifis Alap. in Levitic. 21. 12. Leonard. Mar. & Bonfrer. in Deuter. loc. præfat. Abulens. in Iudic. 17. q. 1. & Stephan. Menoch. in Repub. Hebr. 1. cap. 1. quæst. 10. & in Politic. institut. lib. 1. cap. 2. n. 7.

Caietan. non erat aliquis dominus habens potestatem coercendi invitos & puniendi: propterea unusquisque suo arbitrio vivebat. Non quoad legem, sed quoad iniuriam acceptæ satisfactionem, vel peccati publici luitum, quod spectabat supremum magistratum; cui summè fidebat, etsi alia existerent tribunalia, quoniam frequenter ætatis à Deo: unde dicitur Ioseph: *Suscitavit Dominus Salvatorem,* de quo infra. Exponitur perspicuius sensus ex illo Moysis ad populum: *Non facietis ibi* (id est, post terræ promissæ ingressum) *quæ nos hic facimus hodie, singuli quod sibi rectum videtur:* eisdem ibi decem habebant & à Deo signatum, qui transgressores puniebat legis. Ceremonialia Hebræos minime in deserto obligabant (ut constat in Phafe, & circuncisione intermissis per annos quadraginta, Iosue 5. à v. 5.) nisi circa Sabbatum & expiationes. Numer. 5. à v. 2. & 15. à v. 32. Unde quàm dicitur, *singuli quod sibi rectum videtur, facimus* non connotat ad arbitrium vivere: sed posse facere ad quæ pro tunc non additi per legem, quippe tam quoad sacrificia, quàm quoad festivitates tantum lata post terræ possessionem in observantiam. Ex contextu claret, igitur v. 5. dicitur: *Ad locum, quem elegerit Dominus Deus vester de cunctis tribubus vestris, ut ponat nomen suum ibi, & habitet in eo, venietis; & offerretis in loco illo holocausta, & victimas vestras, decimas & primitias manuum vestrarum, & vota atque donaria, primogenita boum & ovium; & comedetis ibi in conspectu Domini Dei vestri, & latibimini in cunctis. Non facietis ibi, quæ nos hic facimus hodie, singuli quod sibi rectum videtur.* Hæc autem minime obtabant, ut si quis vellet aliquid in deserto Deo offerre tam victimarum, quàm donorum, ritus & aliqua festa celebrare; præpediretur à nullo: hoccine tunc voluntarium, quibatque facere quod sibi videbatur uti rectum. Adifis Alap. in Levitic. 21. 12. Leonard. Mar. & Bonfrer. in Deuter. loc. præfat. Abulens. in Iudic. 17. q. 1. & Stephan. Menoch. in Repub. Hebr. 1. cap. 1. quæst. 10. & in Politic. institut. lib. 1. cap. 2. n. 7.

Deuter. 12. 8.

Ceremonialia quoad sacrificia, & sacrificia, haud obligabant Israelitas in deserto.

Gen. 38. 24.

Discrimen potestatis Iudicum Israel, & Regum.

6. Nec in Anarchiam astruendam valet illud: *In diebus illis non erat Rex in Israël;* sed unusquisque quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat. Hic & cap. 18. 1-21. 24. Rex non intelligendum proprie de rege: notum erant omnibus, his diebus regem non esse; sed de Principe, ac Duce à Deo electo. Unde Maluend. Non erat magistratus legitimus in Israël, sed interregnum, quasi nullus erat Iudex: quo sensu primus in Reipublica moderamine dicitur Rex; sicut de Moysè Deuter. 33. 5. Erit apud rectissimum Rex, congregatis principibus populi, & tribus Israël. Rex, id est, primas. Sic ergo, quia ordinarij Iudices haud deérant, non esse Regem, idem est, ac supremum Principem, cuius auctoritas posset compescere audaces, qui prævalebant longo interregni tempore, quousque Dominus aliam eligeret Iudicem: ideoque perpetrata tot flagitia, uti idololatria Michæ, & stuprum uxoris levita: quæ quidem omnia esse ab aliquibus, uti est Ioseph. loc. cit. & Lyran. signentur post mortem Iosue, de quo Abulensis quæst. 1. in cap. 17. Iudic. quibus fuisse quoad bellum totius Israël cum Beniaminitis: eisdem cap. 20. 27. 28. dicitur: *Bo tempore ibi erat Arca fœderis Domini, & Phinees filius Eleazari, filij Aar. præpositus domus.* Qui quidem, ut patet, nequivit ætate pervenire usque in temp. à Samfonis; et sic delirer Philo Biblicus, de quo Tautolog. 5. n. 2. & 6. idolum à Michæ erectum videtur post Samfonis mortem: unde ibid. v. 1. dicitur: *Fuique a tempore.* Hunc esse sensum, constat ex Caietano, hic dicente: *Non erat Rex. Sgnificat, quod non erat aliquis dominus habens potestatem coercendi invitos & puniendi: propterea unusquisque suo arbitrio vivebat.* Non quoad legem, sed quoad iniuriam acceptæ satisfactionem, vel peccati publici luitum, quod spectabat supremum magistratum; cui summè fidebat, etsi alia existerent tribunalia, quoniam frequenter ætatis à Deo: unde dicitur Ioseph: *Suscitavit Dominus Salvatorem,* de quo infra. Exponitur perspicuius sensus ex illo Moysis ad populum: *Non facietis ibi* (id est, post terræ promissæ ingressum) *quæ nos hic facimus hodie, singuli quod sibi rectum videtur:* eisdem ibi decem habebant & à Deo signatum, qui transgressores puniebat legis. Ceremonialia Hebræos minime in deserto obligabant (ut constat in Phafe, & circuncisione intermissis per annos quadraginta, Iosue 5. à v. 5.) nisi circa Sabbatum & expiationes. Numer. 5. à v. 2. & 15. à v. 32. Unde quàm dicitur, *singuli quod sibi rectum videtur, facimus* non connotat ad arbitrium vivere: sed posse facere ad quæ pro tunc non additi per legem, quippe tam quoad sacrificia, quàm quoad festivitates tantum lata post terræ possessionem in observantiam. Ex contextu claret, igitur v. 5. dicitur: *Ad locum, quem elegerit Dominus Deus vester de cunctis tribubus vestris, ut ponat nomen suum ibi, & habitet in eo, venietis; & offerretis in loco illo holocausta, & victimas vestras, decimas & primitias manuum vestrarum, & vota atque donaria, primogenita boum & ovium; & comedetis ibi in conspectu Domini Dei vestri, & latibimini in cunctis. Non facietis ibi, quæ nos hic facimus hodie, singuli quod sibi rectum videtur.* Hæc autem minime obtabant, ut si quis vellet aliquid in deserto Deo offerre tam victimarum, quàm donorum, ritus & aliqua festa celebrare; præpediretur à nullo: hoccine tunc voluntarium, quibatque facere quod sibi videbatur uti rectum. Adifis Alap. in Levitic. 21. 12. Leonard. Mar. & Bonfrer. in Deuter. loc. præfat. Abulens. in Iudic. 17. q. 1. & Stephan. Menoch. in Repub. Hebr. 1. cap. 1. quæst. 10. & in Politic. institut. lib. 1. cap. 2. n. 7.

7. Discrimina signant DD. potestatis magistratus sub Moysè, Iosue, Iudicum & Regum Israël; quasi horum esset regimen Monarchicum, illorum verò duntaxat Aristocraticum: potissimum cum Iudices nullum munus publicum per se gerere possent inconfulsis synedris, nec hominem letho addicere: quod quàm falsum, patet ex sacr. pagina. Ante Iudices Iudas, etsi viveret pater Iacob, quia princeps familie, iudicium sicine de nris potuit: *Produce eam, ut comburatur.* Genes. 38. 24. Iosue damnavit Achan. cap. 7. 25. de Debora dicitur Iudic. 4. 5. *Ascendebant ad eam filij Israël in omne iudicium:* & de Gedeone, quod sustulerit seniores Socho, & cives Phaniel: cap. 8. 16. 17. Huiusmodi præminentiæ eodem iure, quo post Reges, arbitror habuisse; licet non eadem maiestatem & apparatu: etenim nec diademata redimiti, nec armillis ornati, nec sicipati faretillio procedebant in publicum; quorum hereditarius principatus non erat, exacto regimine iuxta divinæ legis præscriptum. Vide Azorium, tom. 2. lib. 11. cap. 1. Verum hoc nihil derogabat ordinationi Monarchicæ: igitur ut omnia prudenter fiant vel in statu Monarchico institutum varia synedria, & consiliarij; uti accidit tempore Moysis, penes quem summa totius regiminis, & nihilominus institutum Concilium Sanhedrim, postquam pridem iuxta consilium lethro è populo selegerat tribunos & centuriones & quadragenarios & decanos, ut ipse

ipse liberius intenderet in Dei cultum. Exod. 18. 19. & Numer. 11. 16. In hoc concilio præses Summus Pontifex, quicquid dicat Rabb. Maimonid. in Halacha Sanhedrim, scilicet, si cordatus & capiendis consilijs non ineptus: non enim suo iure Senatium ibat, sed admissus suffragijs est. Constat. Numer. 27. 21. nihil inconsulto Summo Sacerdote, permissum vel summo Præfidi: etenim de Iosue præconizato Moysis successore, dicitur: *Pro hoc si quid agendum erit, Eleazar Sacerdos consulat Dominum: ad verbum eius ingredietur & egredietur ipse & omnis Israël cum eo.* Deuteron. 17. 9. subditur tam de huiusmodi concilio, quàm de eius præfide in causis dubijs: *Venies ad Sacerdotes Levitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore* (Abulens. hic, summum, scilicet, Pontificem) *quarefque ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatem.* Iosephus lib. 2. contr. Apion. inquit: *Sacerdotes inspectores omnium, iudices controversarum, & punitores damnatorum constituti sunt à Moysè.* Huncque ex consilio Synedrorum Sanhedrim, addixisse morti quendam colligatam ligna in Sabbato, de quo Numer. 15. 33. astringit Philo de Vita Moys. lib. 3.

8. Oculis ergo obijcitur in hoccine concilio & eius præfide Summo Sacerdote; potestas etiam sub primæ Iosue, quoad sacrum, militare & civile; quin Principi ulla detraheretur auctoritas. Nec huiusmodi munia iudicum inferiorum Monarchicæ maiestati derogant, imò decorant: etenim magis præstat supremus Princeps, cum alij fuerint alijs in tribunalibus iudices, supra quos Monarcha, ut ait Aristoteles, 3. Politic. cap. 4. *Hæc præstantior regiminis forma, ut ait Bernardus, de Considerat. cap. 4. num. 18. Quia pastores multi demoliti sunt vineam;* per Ezechielem. *Domino dicitur: Suscitabo pastorem unum.* Hic enim pastor designatur Rex regum, & Dominus dominantium. Apoc. 17. 14-16. ut cuncti tanquam Principi Regum terræ obediunt ei humero uno: & ut Septuagint. legunt: *Sub iugo uno.* Sophon. 3. 9. siquidem oratio principatus optima, ubi subordinatio principum inferiorum constituta; stabilitaque monarchia quasi ordinati curis sub primo mobili. *Excelsio excelsior est alias, & super hos quoque eminentiores sunt alij, & insuper universa terræ Rex imperat.* Eccle. 5. 7. & Seneca in Thyest. à v. 606. succinit:

*Vos, quibus Rex tor maris atque terræ  
Ius dedit magnam necis, atque vitæ,  
Ponite in flatos, tumidosque vultus.  
Quicquid à vobis minor expavescit,  
Maior hoc vobis dominus minatur:  
Omne sub regno graviore regnum est.*

Optimè Maximus Tyrus Serm. 6. confert status naturæ operatrici pro summis functionibus, aut infimis. *Animam* (inquit) *hominis in tres potentias, tria loca, tres naturas distributam esse à Deo, qui tanquam civitatem aliquam conderet, & ad concilium congregaret; principem ipsum, & civitatis consultorem constituit in arce, solumque illi ratiocinandi munus assignavit. Alteram autem animæ partem, in qua vigor, efficacia & aptitudo quedam inesse perficiendorum consultorum, vinculo quodam obsequij, quod explendis mandatis impendere deberet; cum principe ipso, consultoreve coniunxit, ac miscuit. Tertiam deinde partem que iners, quemadmodum multitudo dici potest, sordida referta cupiditatibus, voluptatibusque diversis, tertio in ordine veluti plebem ignavam, multivolam, multis affectionibus obnoxiam, ac furiosam locavit. Hoc igitur modo distributione animæ facta, insiique universa simul ea munia abire, quibus regendus est homo, fieri vix potest, quin inter partes ita compositas altercatio unquam oriatur, id ipsum propriè malum, quod civitates vexare consuevit: quarum que beatissima est, gubernationem regiam ager, cedentibus nimirum reliquis partibus ei, quæ ad principatum moderandum genita sit. Quæ verò huic felicitati inferior, secundaque est, ea aliorum potentiam, qui coniunctim pro principse gerunt, Aristocraticam, id est, optimatum potentiam appellant; regia quidem deterior est, sed Democratica, id est, populari potentia melior, firma profectò & in actionibus efficax, ambitiosa, contentiosa, curiosa, ad agendum parata, confidensque. Tertium Reipublicæ genus speciosum nomen Democratie, id est, popularis potentie accepit; sed verius, Ochlocratia, quod est potentia plebis, dici potest, ex colluvione indequaquæ conglobata. Tribus igitur Reipublicæ formis consuetis, singularum imagines intueri in anima hominis est, &c. Verè ingeniosa & prudens apodosis.*

9. Ut ergo perspicuius in expositionem Iudicaturæ in Republica Israëlita proceda-

Maimonid.

Numer. 27. 21.

Ioseph.

Autoritas concilij Sanhedrim.

Bernard. Monarchicæ præstantior regiminis forma.

Eccle. 5. 7.

Seneca

Paris Reipublicæ status ex functionibus animæ rationis.

Max. Tyr.







forum mentem; quæ varia omnino in reddendo cuilibet obiecto à Christo rationem; nisi ipse Dominus singulari accuratè signasset. *De peccato* (inquit) *quia non crediderunt in me: de iustitia, quia ad Patrem vado: de iudicio, quia princeps huius mundi iam iudicatus est.* Perspicuum est, infidelitatem esse peccatum; sed non percipitur, quid ascensus Christi ad Patrem, ut arguantur iniustitia: nec exilium mundi principis, ut accuserent de prævaricatione iudicij. Cohærentia in singulis periodis particulæ rationalis scilicet, *Quia*, investiganda est, cui ad unguem quadrare haud videntur sententia. Aggrediar tamen sub iudicio DD. an acu tangam. Vana gaudia mundi, q. d. Christus, maximè oculis cælestibus æternis bonis, poterant, priusquam docuissent esse vana, titillatione seducere homines, fraude dæmonis, præsentia deaurantis, ac in varios errores impellentis, maximè quorum animæ in terris curvæ, & cælestium inanes. Contraria in felicitatem veram altruxi: bona in cœlis ostendi, miraculis confirmavi: propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam, crucem à vobis damnatus, hostem blandientem, sed noxium in cruce vici: quid ultra debui facere? Hinc cum venerit Paracletus, arguet de peccato, quia non credidistis in me, qui vera locutus sum vobis; sed demonibus, qui locuti sunt falsa. Unde vos ex patre diabolo estis, & in peccato vestro moriemini, de quo Spiritus Sanctus arguet. Ius vobis visum affectatâ ignorantia, me in cruce tollere; quia sic stultè decretum à concilio & principibus Sacerdotum: cum venerit Paracletus arguet vos de huiusmodi iniustitia, iniustissimâ morte à vobis facta; quia estis affectus à vobis crucis supplicio, ad Patrem vado, in cœlum vado, quò minimè daretur ascensus, modò iuste à vobis fuissem damnatus. Claudicabatis in duas partes, hinc inde; quasi difficile esset iudicium inter mundi prospera & adversa. Adversa, sed felicitia, in beatitudinem perpetuam à me signata. Prospera, sed fallacia, à dæmone mundi princeps in illecebram ostensa: ergo cum venerit Paracletus de cœlo, arguet vos de huiusmodi pravo iudicio: quandoquidem princeps mundi, qui in hocce iudicium inultus vos, iurè iudicatus est. Iam nisi malignè nequit errare iudicium hominis: equidem si quia prospera fraude dæmonis, affectionis sensum in iudicium perturbabant mundi bona; patent omnino sciticia, quum ille qui promittebat iudicatus, depulsus iacer ad tartara. Fiar enim iudicium de iudicio, de iustitia, ac de peccato. De iudicio dæmonis mundi principis expulsiōne, diroque cruciamine: de iustitia, damnati à vobis, per Patrem in cœlum exaltatione: denique de peccato; cordium, tot miracula videntium, protervâ infidelitate. Ita cum venerit Paracletus arguet de peccato, quia non crediderunt in me. *De iustitia, quia ad Patrem vado. De iudicio, quia princeps huius mundi iam iudicatus est.* Hæc mihi videntur literæ consentanea: ab alijs profecto expectabo meliora.

13 Omnis obvijs, in propositum sit cursus. Quavis Senatus Sanhedrim consiliarij dicti fuerint iudices; non tamen erant ea acceptione dignitatis Supremi in uno magistratus, quo per plures annos viguit Hebræorum Republica, à morte scilicet Seniorum post Iosue, usque in primi Regis assumptionem. De computo annorum consule Haye in *Chronica. saer. Briet. tom. 1. part. 1. Genebrard. in Chronolog. ac Serar. in Indic. cap. 21. quæst. 7.* Hic status signatur à Paulo Act. 13. 20. *Post hæc dedit Iudices usque ad Samuel Propbetam: & exinde postulaverunt Regem, & dedit illis Saul, filium Cis.* Dicebantur enim Iudices, qui postea Reges, quorum quasi coadiutores erant Iudices Sanhedrim, sicut Seniores sub Moyse & Iosue: *Num. 16. 25. Deuter. 27. 1. Iosue, 7. 6. & 8. 10.* Titulus erat modestissimus, est Iudices summam potestatem habentes: quia iuxta munus ius dicebant, atque iuxta iura iudicabant; minimèque leges uti Reges ferebant. Incumbebant custodia legum à Deo latarum, haud in novas pro lubito à se decretas; quippe duntaxat Vicarij Dei, populi legislatoris & rectoris. Ita dicti Iudices & non Reges: unde Deus cum Regem peteret Israëlita, Iudice Samuele; dixit ei: *Non enim te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos.* Deus ergo speciali curâ vigilarebat populum, qui dictas incircò peculium Dei de cunctis gentibus: *Exod. 19. 5. Deuter. 7. 6.* Hunc manivit legibus, ut illis observatis, repletur benedictionibus: illi verò capitones, refractarij, fastiditi Vicarios Dei, Argos in custodiam legum, & Deum per illos regnantem; elegerant esse sicut omnes gentes, principe constituto cum Regis titulos; non tam iura lata à Deo ad amussim observaret, quam sua quæreret, ut exponitur à Samuele, *ibid. av. 11.* Titulum Regis usurpavit Abimelech Iudex sextus, ut constat, *cap. 9. 6. 18. & 22.* ubi dicitur: *Regnavit super Israël tribus annis.* Eius iudicatura dicitur Regnum, quia principatus eius non iudiciarius, sed regius, & tyrannicus. In Hebr.

Quomodo Spiritus Sanctus arguit hoc concilium de peccato, de iustitia & de iudicio?

Iudices Sanhedrim coadiutores Principum. Act. 13. 20.

1. Reg. 8. 7.

An Abimelech, vel Saul primus Rex Israel?

non dicitur Rex, sed Princeps; qui etsi constitutus Rex à Sichimitis, sensum dominationem extendit tyrannicam super Israël, estò aliquæ insignes civitates repulerint. Hinc propriè (quia sine iure) Rex non fuit, & quia sibi honorem assumpsit, & quia non regnavit super totum Israël; & denique quia duntaxat electus à duabus civitatibus. Hæc ex Rabbi Aben-Melech, refert Serarius loc. cit. quæst. 12. Adi Abulens. *hic quæst. 32. & Caeteran.* Per hoc ergo patet quid dicendum ad Antioxiæ ex sermone Pauli, *Act. 13. ubi Saul dicitur primus Rex Israël, super omnem populum & à Deo electus.*

14 Iudices igitur sic dicti, non uti cæteri duntaxat pro expeditione causarum; sed ratione supremi magistratus, ut apud Græcos Archontes, apud Romanos Dictatores, apud varias Republicas, Dux, Magistratus, Rector, Princeps, Adefpota. Unde etsi qui habent huiusmodi dignitates, sint iudices, non omnes iudices supremam habent dignitatem: quare inter Hebræos summa regiminis illo in statu innotuit nomine Iudicis, sicut post illos nomine Regis: quo exponitur Pleonasmus, in diebus (scilicet) unius Iudicis, quando Iudices præerant, facta est fames in terra. Non factum utcumque tempore alicuius iudicis, qui quidem temper erant in Israël; five sub Regibus, five sub Ducibus; sed sub Iudice, cum esse Iudicem in Israël esset prima dignitas, & summa potestas: ideoque additur: *Quando Iudices præerant;* quoniam alijs temporibus iudices non præerant, sed iudicabant. Quando contigit huiusmodi valida fames, non tantum iudicabant, sed præerant; quippe penes illos erat summa rerum Israël, utpotè caput totius Reipublicæ. *Quo tempore iudicabant Iudices:* Hebr. & Maluend. *In diebus iudicare Iudicem.* Hoc est, quo tempore penes Iudices erat Imperium. In Hebr. pro Iudices legitur, *Scophet, Sophetim:* quod apud Carthagenenses (qui à Phœnicibus, ut canit Virgilius, 1. *Aneid. v. 16. Tyrj tenuere coloni*) propriè *Suffetes.* Hæc vox etiam à Latinis usurpata. *Non vis enim* (ait Seneca, de *Tranquill. vita*, cap. 3.) *nisi Consul, aut Prytanes, aut Ceryx, aut Saphes administrare Reipublicam. Quid si militare nolis, nisi Impulseris?* Imperator erat Dux exercitus apud Romanos, Græci, *Strategus;* quod Nos dicimus: *General del Exerçito.* Consul primus apud eosdem, Magistratus post electos Reges. *Prytanes* dicebantur Athenis summi Magistratus, instituti post interfectos à Trasybulo triginta tyrannos, sic dicti à loco: igitur in arce Minervæ erat Prytaneum, quo concilium selecti electi in munus habebant; sicut Areopagitæ dicti à colle Martis Ceryx dicebatur Caduceator: apud Romanos *Fecialis:* qui princeps huius collegij *Hieroceryx.* Saphes denique erat supremus Dictator apud Pœnos. Adi Suidam, Festum, Athenum, *lib. 14. Iul. Polluc. lib. 8. Livium, lib. 42. sect. 127. Appian. lib. 4. Civil. & Iust. Lips. in loc. cit. Seneca.* Hic refert in diversis nationibus diverfos titulos primæ inter illas dignitatis: signatque *Suffetes*, quo titulo honorati, dignatique Iudices Israël, tanquam totius Reipublicæ Archontes. Ita illos signat Iosephus 5. *Antiq. cap. 2.* Primi enim erant; in cuius muneris expressionem dicitur: *Quando Iudices præerant.*

15 Astruitur enim propositum, & simul expositio Pleonasmî Hebraici: etenim tam hæc, quam 4. Reg. legitur: *Diebus Iudicum qui iudicaverunt.* Sequitur lectionem Paginus. Qui modus dicendi delicatur per *ly Quando Iudices præerant:* igitur non acceptio communis iudicium, sed specialis pro Dictatore, ei qui in senatu præfideret, meritò congruit. Licet hi iudicassent, haud ministerium implebant alijs iudicibus subordinati; sed ut primi sub quibus subalterni, primam habentes in senatu sedem. Proinde Baruch æqualem principatum tribuit Regibus, ac Iudicibus. *Ad Iudices nostros qui iudicaverunt Israël, & ad Reges nostros:* eadem quoad munia potestas utriusque moderandi Reipublicam; etsi non eadem maiestate. Unde si Regibus sedes prima, similiter & Iudicibus. Liqueat ampliùs ex privilegio Artaxerxis Estdre concello: igitur illum constituit iudicem & principem totius transmigrationis, cui dixit: *Tu autem Estdra constitue iudices & præfides, ut iudicent omni populo.* Ille postliminio in patriam rediens, pro Reipublica moderamine constituit Iudex iudices & etiam præfides illorum in senatu: verum ille tam princeps, quam præfides præfidum & iudicium. Non novum in Scriptura principes vocari iudices. *Iudices terra.* Psalm. 148. 11. pro Regibus & Principibus. Similiter Psalm. 140. 6. *Absorpti sunt iuncti petra iudices eorum.* Sapient. 6. 2. *Audite Reges, dissite iudices finium terra.* 2. Reg. 15. 4. *Quis me constituit iudicem super terram?* Eth. 9. 3. *Provinciarum iudices.* Itai. 36. 9. *Quomodo sustinebis faciem iudicis unius?* Sic ergo frequens nexus iudicis & principis. *Exod. 2. 14. Quis constituit te principem & iudicem super nos?* Iosue 24. 1. *Principes & iudices.* Denique 3. Tom. V.

Act. 13. 24

Ruth. 1. 13

Secunda expositio.

Iudicaturus pro magistratu summo.

Virgil.

Senec.

Varia nomina apud Nationes.

4. Reg. 23. 22.

Baruch. 2. 2

Iudex pro Principe.

Tertia expositio. 1. Estdr. 7. 14. 25. Et econtra.

Reg.